

licorum alio loco (vol. 3 p. 711) ostendimus. Nominant praeterea Peutingiana (*Tredente*) et laterculus Antoninianus (*Tridento* p. 275. 280. 281) et Ammianus 16, 10, 20 et Cassiodorus var. 5, 9, ubi Tridentinis operi sibi iniuncto civitatis construendae in regione sua propter territorii exiguitatem non sufficientibus possessores Feltrini iubentur partem eius in se suscipere. — In edicto imp. Claudii de civitate Anaunorum aliorumque populorum Tridentinis attributorum anni 46 (n. 5050 v. 28) Tridentum municipium appellatur. Postea coloniam eo deductam esse intellegitur ex titulis n. 5036 scripto non ante Marcum et Venafrano Henzeni n. 6517 (*patroni col. Tri[denti]*) aetatis Severianae, quae deductio quo tempore facta sit, non liquet. In tribu Papiria censos esse Tridentinos ex titulis n. 5034. 5036 colligitur. Magistratus quinam fuerint, ignoramus; nullus enim diserte nominatur nisi *praefectus quinquennalis* n. 5036. Sacerdotes inveniuntur *augur* n. 5036, *flamen Romae et Augusti* n. 5036, *sexviri Augustales* (n. 4439. 5085) et *sexviri nude* (n. 5035). Antequam Raetia provincia facta est, quod evenit a. u. c. 739 Alpinis debellatis, legionem constituisse Tridenti videtur colligi posse ex titulo n. 5025 anni 731 posito Augusti iussu a legato eius homine praetorio. Posteriore tempore etsi legio a Marci inde temporibus in Raetia stativa habens ad Tridentum

non pertinuit, tamen ut mittam tribunum legionis eius n. 5032 Tridenti sepultum, quod potest casu accidisse, Tridenti sedem habuit *adlectus annonae legionis III Italicae* (n. 5036), non miles, sed ex primariis civibus Tridentinis equestris dignitatis vir annonam ibi procurans et transvectionem opinor specierum earum, quae ex Italia ad legionem mitterentur (cf. *praefecti legionis III Italicae transvectioni specierum deputatae Foetibus et Teriolis in Raetia notit. dign. occ. p. 102*). — Composuimus cum titulis Tridenti repertis qui prodierunt in vicis suburbanis Povo, Pantè, Sprè, Oltre Castello, Villa Montagna, Cadine, Rovere della Luna. Praeterea quatenus territorium Tridentinum pervenerit etsi incertum est, non late id patuisse praeter Cassiodorum etiam tituli ostendunt. Vallem Athesis superiorem cum valle Anauna ad fines usque Raetiae Tridentinis attributam fuisse edictum modo citatum Claudii iam extra dubium posuit. In valle Athesis inferiore ubi confinia fuerint agri Tridentini et Veronensis, ignoramus (cf. supra n. 4008—4013), nec magis constat de termino inter Tridentinos et Feltrinos in valle Ausugana. Castella denique supra Benacum in valle Iudicaria comprehensa fuisse in pertica Brixianorum tituli (n. 4981—5020) docuerunt.

**5011** basis quadrata, rep. in monte *Dosso di Trento* a. 1868 BASSETTI. Extat Tridenti in bibliotheca publica.

DIANA  
S A N C T A E  
SACRVM  
LOGETI · MAXIMVS  
5 ET · PROBVS  
V · S · L · L · M

Descripserunt. Misit Titus de Bassetti a. 1868. Ed. Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

**5012** Tridenti.

Fatis ..... S  
V ..... VS  
ET ..... S  
M ..... MA  
5 CI ..... VI  
V ..... M

Giovanelli *iscr. Trentina* p. 94.

**5013** Tridenti in ecclesiae S. Apollinaris pariete meridionali reperta a. 1762 et ita collocata ut legi posset cura CRESSERI. In vinea Giovanelli ad S. Bernardum GIOV. STOFF. Nunc apud Zanellam.

HERCVLI · SAXAN  
LVBIAMVS · ENDRV̄R  
QVINTALLI  
V · S · L · a

Contuli. Exhibent Cresseri ms. n. 8 et in epistula lecta in Academia Tridentina 7. Febr. 1762 (ms. bibl. Dipaul. n. 998) collato eiusdem commentario *iscr. d'Aug.* p. 62; Donatus 38, 2 ex ms. Fr. Iosephi Hippolyti a Pergino; Giovanelli *iscr. Trentina* p. 99 et *Beiträge für Tirol* 4, 38; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

2 sic in lapide; male ENDRV̄B Cress. Stoff.

**5014** litteris bonis. Cadine in pariete eccl. curatae occidentem versus olim. Nunc Tridenti apud Zanellam.

MERCVRIO  
SACRVM  
FVR̄I  
CLAVDIANVS  
5 ET · SEVERVS  
V · S · L · L · M

Contuli. Habent Avolano ms. n. 156 qui vidit; Giovanelli *Trento città de' Rej.* p. 35 et *Beitr. für Tirol* 4, 39.

**5015** Tridenti rep. a. 1810 ad Verucam in fundamentis, ut ferunt, aedis antiquae. Nunc in curia.

MERCVRIO  
Q · IVLIVS · S  
AFRICANVS  
V · S · L · M ·

Contuli. Giovanelli *iscr. Trentina* p. 99 et *Beitr. für Tirol* 4, 38; Stoffella *cento osserv.* p. 57; Zotti in eph. *il Trentino* 1868 n. 247.

De lapide simul reperto, in quo Giovanelli (*Beitr. für Tirol* 4, 38; *dei Rej.* p. 81; cf. *iscr. Trent.* p. 99) deprehendere sibi visus est MR̄CR Etruscis litteris, hodie item servato in curia, ubi vidi, recte indicavit qui aere expressit Stoffella (*cento oss.* p. 57): 'non è che un ammasso di strane graffiature'.

**5016** Povo (a Tridento orientem versus) rep. in fundo Larcher. Extat Tridenti apud Zanellam.

in latere dextro: L · CALVENTVS  
urceus,  
lituus,  
patella  
FIRMVS  
MINERVAE  
V · S · L · M  
in latere sinistro:  
securicula, patella,  
simpulum, lancea  
cum scuto

Descripserunt. Ed. Zanella *Annali* 1864, 80; Zotti *il Trentino* 1868 n. 247.

**5017** fragmentum epistylii litteris magnis, Povi repertum et servatum cum praecedente.

IVS · C · F  
PAVIMENTVM  
V · FECIT

Descripserunt. Ed. Zanella *Annali* 1864, 80; Zotti *il Trentino* 1868 n. 247.

**5018** Povi rep. et servata cum praecedente.

S · C · F · CREP  
S · L · M

Descripserunt. Ed. Zanella *annali* 1864, 80; Zotti *il Trentino* 1868 n. 247.